

Steganometrographia

ſive

Artificium Novum & inauditum

Quo

Quilibet etiam Latinæ Linguæ & Poëſeos ignavus ſoliusque maternæ Linguæ beneficio inſtructus Epiſtolam Latino aut Germanico idiomate & quidem Elegiaco carmine ſcribere poteſt

&

ſecretos animi ſui conceptus abſenti manifeſtare absque omni latentis ſecreti ſuſpicione

cum

Geomantia Metrica.

Utrumque Artificium ſpatio horæ dimidiæ addiſci poteſt.

Authore

Melchia Uken, Auſtriaco

Reg. Sociat. Curioſ. Membro.



Francofurti & Lipſiæ, 1751.

Apud Joan. Frider. Gaum, Bibliopol. Ulm.

NB. Der Käufer hat dahin zu sehen, daß allezeit 2. Exemplaria zusammen genommen werden müssen: weil solche zu Unterhaltung des Briefwechsels unentbehrlich sind.

PRÆNOBILI
AC GENEROSO
DOMINO
FRANCISCO BALTHASARO de MERTZ
IMPERIAL. CIVITATIS RAVENSBURGENSIS PATRITIO
SAPIENTISSIMO AC AMPLISSIMO
CONSULI

DOMINO SUO
PLURIMUM COLENDO ET
OBSERVANDO.

PRÆNOBILIS AC GENEROSE
DOMINE CONSUL

VIR AMPLISSIME!

Mentem meam virtutibus tuis, VIR AMPLISSIME, à plurimis jam annis devotam in hujus Libelli veſtibulo publice teſtari mihi liceat. Cur recto Dedicationis tramite

ad Te pergam, cauſſas ne quære. Jam patent pectoris mei intima, nec clave, ad reſeranda ejus arcana, nec Momi feneſtra opus habes, ut introſpicias. Legiſti dudum in corde meo, legi in tuo: *Anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David, & dilexit eum Jonathas quaſi animam ſuam.* Dilinganum Athenæum eſt, quod ſacro Amicitiæ fœdere ambos initiavit. Amare te cœperam eximiæ virtutis, amœniſſimæ indolis, ac multarum in Litterariis Olympicis coronarum Juvenem. Quid mirum? cum ipſimet Pindi & Academiæ Proceres in oculis Te geſſerint Muſarum Ocellum, qui Doctæ juventutis prin-

cipatum

cipatum ante alios omnes fuiſti promeritus. Duravit Amicitia noſtra, nec dialis fuit, ſed quovis adamantino vinculo magis firma. Epiſtolarum innocens ac ſincera inter nos alternatio non quievit, etiam dum peregrinas terras viſeres. Potuit Regionum & locorum diſtantia quidem corpora non animos divellere. Necdum, licet ad altiora ſubvectus honorum ſubſellia, regendæ Reipublicæ admotus, & Nobilium inſertus albo dedignaris ad codicillorum meorum ineptias deſcendere. Patere proin, ut publicum meæ in Te obſervantiæ ac cultus monumentum extet in hiſce foliis. Chartaceum quoque

munus ſincerus amor non refugit. Scio, genus ſcripti, quod manus tuæ contactum ambit, multis non probabitur, hinc Patrono fulciendum. Spero tamen ingratum minime fore omnibus, propter humani ingenii curioſitatem, quæ arcanorum revelationem amat. Et cui ſecretorum fidem tutius quam probatiſſimo Amico credam? Admittes fronte non adverſa partum hunc meum, quem caſtior animi voluptas genuit. Nunquam Tu ab hujusmodi Muſis alienum ſupercilium portaſti. Quid alienum dico? etiam in penetralia curioſarum Artium intrâſti. Triviſti Trithemium, Artem Steganographicam non

modo

modo calles, sed decifrandi Artificio intricatissimos illius nodos felicior Alexandro secas. Inter gravissimas Consulatus tui curas sanctum furtum censes aliquas subinde horas seriis negotiis ereptas amœnioribus Litteris dare, quas mox fortiori nervo Curiæ & Religioni (utrique enim saluti es) restituas. Indulge itaque Libello huic forulum aliquem inter Musæi Tui doctissimos Inquilinos; & si locus alius non vacat, Æthiopicæ Eustathii historiæ (cujus elegantissimam editionem Tibi in acceptis refero) parvulum successorem esse permitte, non ut lacunam illius absentis impleat, sed ut Liberalitati Tuæ

aliisque

aliisque Tuis in me meritis, quoties aſpicietur, gratias immortales acclamet. Vale Vir Prænobilis, Conſul Sapientiſſime, ac conſtanter crede, in Amicorum & Servorum tuorum Catalogo, qui Te venerantur, beneque Tibi Tuisque cupiunt Veneratione ac bene precandi ſtudio minimum non eſſe

Lunæ 16. *Aprilis*
MDCCLI.

totum ex aſſe Tuum

Melchiam.

PRÆ-

Præfatio.

Nullus tam exiguæ molis Libellus eſt, qui Præfatione careat. Præfari itaque aliquid oportet, ut folia, quæ cernis, ſpeciem libelli habeant. Sed quid præfabor? Artisne *Steganographicæ*, aut *Polygraphicæ* laudes expectas, an vituperia? Illas dudum pleno plectro cecinere Viri doctiſſimi, qui veluti ſtellæ primæ magnitudinis in bonarum artium cœlo enituere. Vituperiis dudum nobiliſſimam hanc artem mactavit ignorantia. Dein non ego *Steganographiam* qualemcunque, ſed *Steganometrographiam* in præſenti ſyntagmate profiteor. Quid hoc monſtri, quid hoc nominis? brevi id ſcies: jam non licet: brevem enim Libellum brevior decet præfatio, & en! hic confectam habes. Sit igitur

Sectio I.

Quid sit Steganometrographia?

Illustrarunt equidem Viri doctissimi Artem Steganographicam, ejusdemque regulas Libris & Commentariis tradiderunt, nullus tamen illorum, quod scio, *Steganometrographiæ* mentionem ingerit; nec enim Ejus nomen apud Joan. Bapt. Portam Neapolitanum, aut Hieronymum Cardanum, nec apud Blasium Vignierium, aut Erycium Puteanum, nec apud P. Athanas. Kircherum, Augustum Gustavum Selenum, aut P. Casparum Schottum, nec ipsum Steganographorum Principem Joan. Trithemium comparet. Certum tamen nihilominus, illam Polygraphiæ esse filiam, Matrisque laudes & encomia omnino illi deberi cum fœnore. Meminit quidem Carminis Steganographici in Poësi artificiali P. Paschasius à S. Joanne Carmelita, & 20. recenset alphabeta, ex quibus subin elegantissimum carmen elaborari posse, ait: Verùm adeo Lectorem suum ille decipit, ut omnes eidem Musas iratas fuisse credam, cum similibus promissis chartam pollueret. Duo ad summum Disticha ex illo Alphabetorum vicenario erues, quæ tamen sine sale & oleo, absque sensu

& in-

& ingenio nauſeam potius legentibus quam orexin movent: ecce hujus artificioſi carminis ſpecimen:

Sanguinis illæſo cantans molimine Titan,
Mores concludit Nomina amœna Duci.
Æthereis comiter ſalierunt ſenſibus Urſi,
Perdoƈte promant proſpera plena genis.

Nunquid miraris Titanis molimina, quæ absque ulla effuſione ſanguinis canit? quam ſublimes ideas in legentium animis non excitabunt æthereis ſenſibus comiter ſaltantes urſi? absque dubio Urſa major & minor choreas duxere, cùm P. Paſchaſius artificioſa ſua cythara luderet.

Fateor nihilominus, Authorem hunc fumoſa ſua lucerna mihi lucem aliquam prætuliſſe, cujus beneficio *Steganometrographia* eo nunc cultu ornata incedit, quo eam veſtiit ingenii mei tenuitas. Quodſi jam quæras, quid denique Steganometrographia rei, quid nominis ſit? Reſpondeo, aliud non eſſe, niſi *Artem, quo quilibet, etiam latinæ linguæ, & Artis Poëticæ ignarus, ſoliusque maternæ linguæ inſtruƈtus beneficio, Epiſtolam latino aut quovis alio Idiomate, Elegiaco aut alterius ſpeciei carmine ſcribere poteſt, & ſecretos animi ſui conceptus abſenti manifeſtare absque ulla latentis ſecreti ſuſpicione: quod ſecretum & abſens intelligere poteſt, etiamſi ſenſum externum Epiſtolæ non intelligat, & apto carmine reſpondere amico ſcribenti poteſt, etſi*

condendi carminis, aut latinæ alteriusve peregrinæ linguæ nullam prorsus notitiam habeat.

Mira, & paradoxa hæc forsan videntur tibi, verùm apparebit ocyus, vera me loqui, & exacte præstare me, quod spondet syntagmatis hujus titulus, & Steganometrographiæ descriptio. Priusquam tamen ad interiores hujus Artificii recessus admittaris, paucula quædam præliminaria audire oportebit, ne margaritæ projiciantur ante porcos, & gemmæ pretium rudis agricola non intelligat.

Sectio II.

De Præstantia Artificii Steganometrographici.

Sola, ni fallor, *Steganometrographiæ* Descriptio nobilissimæ hujus scientiæ amorem, & æstimationem conciliabit tibi; si ullum aliud, certe hoc Artificium dignum est, ut solis magnis Principibus in Doctorum scriniis reservetur, ne temere, & inconsulta liberalitate propaletur; facile enim fieri posset, ut hæc ars improvidi cujusdam Ardelionis, aut Circumforanei opera divulgaretur, & sic lippis & tonsoribus nota vilesceret. Hæc causa fuit, cur gemini Stegano-grapho-

graphorum Principes, doctissimus Abbas Joan. Trithemius, & immortalis nominis Mathematicus P. Kircherus sua inventa, prior Steganographicum, alter Polygraphicum multorum annorum silentio premerent, & communicatione solius Operum suorum Tituli literatorum hominum prurire dentes fecerint, donec tandem Magnatum & Principum stimulati imperiis, illa typis publicis concesserint, etsi pauca duntaxat semper exemplaria è prælo emerserint.

Quis aut falsa Kircherum, aut divina omnino promittere non æstimet, si hunc Polygraphiæ suæ Titulum legat: *Polygraphia nova, & universalis in tria syntagmata divisa, quorum primum continet inventum novum, quo quisque vel unica lingua vernacula, qualiscunque tandem illa sit, per litteras cum omnibus totius orbis populis, & Nationibus reciproco commercio respondere posse demonstratur, & inscribitur:* LINGUARUM OMNIUM AD UNAM REDUCTIO. *Secundum continet modum à Trithemio olim in sua Polygraphia indigitatum, à nemine tamen plene intellectum, quo quivis etiam linguarum imperitus sub qualibet lingua animi sui conceptus amico distanti manifestare queat, & dicitur:* LINGUÆ UNIUS AD OMNES ALIAS TRADUCTIO. *Tertium denique continet novum arcanum Steganographicum & universale, sive humano ingenio impenetrabilem scribendi modum à Trithemio pariter in sua Polygraphia*

graphia indigitatum, sed in hunc diem à nemine captum, & passim à plerisque pro paradoxo habitum, jam tandem à falsa persuasione vindicatum, atque omnibus numeris absolutum. Exactissime autem Kircherus præstitit, quod promisit. Haud dubie promissa sua legenti, & artificii ignaro hiabunt dentes, quos forsan imprudens laxaret in cachinnos, si promissorum arcanorum plena ipsi foret notitia. Haud igitur divulgare ejusmodi arcana consultum est, quæ tamdiu dignos æstimatores habebunt, quamdiu vulgum latent.

Quid nobilius arte conflandi vitra, & typographica? quid excellentius, & humano commercio utilius Arte scriptoria? quotusquisque tamen est, qui Domino Deo debitam gratiarum hecatombem litet & habeat propter hæc immortalis memoriæ digna beneficia, mortalitati nostræ concessa? quotidiano usu æstimationem perdidere, & gratiam. Admoneo te proin, quicunque hanc steganometrographiam meam leges, ut arcanam illam populo, vulgique hominibus esse sinas, nisi vel nullius intellectus, hominem esse te velis, aut donorum Dei prodigum Dispensatorem.

Sectio

Sectio III.

Ad Artem Steganometrographicam requisita.

1. Arculam tibi confici cura, quæ paralelogramum, five Figuram oblongam referat. Hæc arcula, five ciſtula dividatur in geminas partes, quæ ſepto transverſo ſeparentur: quælibet vero pars rurſum diſpertiatur in octo loculamenta, quorum omnia æqualia ſint, exceptis 4. poſtremis in utraquo arculæ parte, quæ aliquantum longiora eſſe oportebit, ob rationem mox indicandam. Separentur hæc loculamenta ab invicem aut ligneo aut chartæ craſſioris ſepto, quod in ſuperficie tantæ latitudinis ſit, ut illi adſcribi notæ, aut numeri queant, quos artificii hujus praxis exigit. Arculæ operculum formare tibi pro libitu poteris, nihil enim intereſt, ſive figuram illud ſuperius arcuatam, ſive planam referat.

Fiant 2. ex craſſiori charta, ſive quod melius erit, ex ligno polito, & bene ſiccato pro 16. hiſce receptaculis 48. Tabellæ. Ex harum longitudine & craſſitie tota magnitudo arculæ dependet, quæ tamen pedem Romanum omnibus rite obſervatis longitudine non excedet. Quodlibet loculamentum capax ſit tabellarum 5. exceptis ultimis 4. receptaculis in quavis parte arculæ,

 quo-

quorum quodlibet 6. ejusmodi tabellas continebit. Erunt proin universim tabellæ numero 88. quæ superius modice emineant, nodulisque sive ansulis instruantur, ut commodius extrahi, & inseri queant.

3. Primis 44. Tabellis illa 44. Alphabeta, & secundum illum ordinem cum vocabulis è regione respondentibus inscribantur, quæ post finem hujus syntagmatis reperies. Hæc ad conscribendam Elegiacam Epistolam servient, sub cujus velo arcanum tegère voles. Reliquas 44. Tabellas simili modo inscribas, quorum Alphabeta primas Tabellas sequuntur. Et harum Tabellarum ope responsum conficies ad Epistolam Steganometrographicam. Curandum autem tibi erit, ut summa, qua fieri potest, exactitudine describas, aut describi cures Tabellas has meas Steganometrographicas, ne aliis, si error irreperet, risui hanc artem, aut ignorantiam tuam contemptui exponas. Prudenti autem consilio rem ages, si Alphabeta posteriorum 44. Tabellarum minio, aut alio colore quocunque scribas, ne, si fors aut casu, aut imperiti cujusdam sive nequitia, sive negligentia Tabellæ commisceantur, oriatur inter illas confusio, quas hoc modo facili negotio restitues rursus suo ordini. Primarum tabularum limbo inscribes: *Epistola*. Alteri vero *Responsum*, cuivis vero loculamento eos Arabicos numeros, qui Tabellis correspondent.

dent. Hæc tota armorum panoplia est, qua instructus esse debes, si exercere velis hoc artificium, quæ armatura utut levis est, ita necessaria tamen est, ut absque ea non nisi cum ingenti difficultate ad praxin hujus artis accederes; cum enim tabularum constructio non tam ingenium, quam moram temporis exigat, oportet omnino, ut hac suppellectile jam provisus sis, quæ in necessitate expeditum te faciat. Quod si tamen construendæ arculæ labor te deterreat, idem tibi præstabunt Tabellæ per modum Libelli compactæ.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

Sectio IV.

Artificii hujus exercendi methodus pro scribente Epistolam.

Steganometrographicæ Artis finis non est, quoscunque animi tui conceptus metro aut carmine exprimere, ea ratione, ut quivis tuam Epistolam legens, statim quid velis intelligat; hoc enim pacto secretum rationem secreti deperderet, & Poëticæ artis, non Steganometrographicæ tibi opus foret subsidio. Ad hoc itaque solum tibi serviet hoc artificium, ut amico tuo, sive Patrono, sive cuivis alteri nuntiare aliquid, aut aliquid petere eleganti carmine possis, quin aut

factum,

tegere velis, cujus Tabellas in ſupplemento invenies.

5. Si nulla amplius ſecreti littera ſuperſit, pergendum nihilominus erit in operatione, donec omnes Tabellas abſolveris. Semper tamen ex reſiduis Tabellis eligenda erit eadem littera, & verba eidem correſpondentia; quodſi deprehenderit Amicus tuus, mox intelliget, ſenſum ſecreti tui ſeriam plene eſſe aſſecutum.

Sectio V.

Inſtructio pro eo, qui cupit Epiſtolam legere.

Non erit neceſſarium te monere, quod amicus ille tuus, quocum Steganometrographiam exercere cogitas, habere debeat Tabellas tuas, eodem modo diſpoſitas. Suppono etiam, illum inſtructum eſſe ad ſcribendum tibi eodem artificio ſecreta animi ſui. Lecturus itaque Epiſtolam tuam, ſequentia obſervet: 1. ponat ante ſe Epiſtolam tuam. 2. obſervet, quotnam verba conſtituant trimetrum, ſive dimidium Hexametri tui verſum. Hoc facile deprehendet: ſemper enim cum cæſura deſinet in ſuprema medii digiti parte. Hoc obtento primam Tabellam adeat, videatque quænam littera

hemi-

hemimetro huic reſpondeat, illamque inventam ſeorſim ſcribat. 2dum ſemiverſiculum quærat in II. Tabella, 3. in III. ſemperque litteras iisdem correſpondentes primæ litteræ conjungat, & habebit ſecretum quæſitum. Res fiet dato exemplo clarior. Sit Elegiæ transmiſſæ ſequens initium:

Ne dedigneris, peregrinam evolvere chartam,
à tibi dilectis, crede venire plagis.

In hoc Diſticho 4. habes hemimetra, ſive verſus dimidios:

1. *Ne dedigneris,*
2. *peregrinam evolvere chartam,*
3. *à tibi dilectis,*
4. *crede venire plagis.*

1. Hemimetro in I. Tabella reſpondet littera - - - - H
2. Hemimetro in II. Tabella littera E
3. Hemimetro in III. Tab. littera R
4. Hemimetro in IV. Tab. littera I

Habebit itaque verbum primum ſecreti *Heri:* eodem modo pergat, donec omnes Epiſtolæ verſus conſummentur, & habebit quod quærit.

Sectio

Sectio VI.

Methodus respondendi ad Epistolam obtentam.

Quis neget, contingere sæpius, ut non occulta tantum amicus amico nuntiet, sed occulta quoque ex illo quærere compellatur, quo pacto jam amicitiæ legibus alter satisfaciet, si ad manus modus non sit, qua quæstioni Arte Steganometrographica sibi factæ occulto pariter modo responso suo Pyladem suum solari queat. Hac sanè in parte nobilissimum P. Kircheri inventum, quo in Polygraphia sua litterali orbis applausum meruit, quodque Ejus minime degener in Mathesi Discipulus P. Casparus Schottus in Schola sua Steganographica Class. 2. proponit, deficere nemo non judicabit, qui accuratiori trutina rem pensaverit. Nisi fors Steganographicæ Artis tyronem obligare velis ad conficiendas proprio Marte Tabellas. Quomodo autem hoc præstabit Linguarum imperitus, quem tamen eo loco instruit P. Kircherus. Ponamus etiam, illum amicum tuum artis, qua Tabellæ Steganographicæ combinari debeant, neutiquam ignarum; quæri nihilominus potes, quo pacto easdem recenti artificio compositas alter intelligat absque prævia earundem communicatione, & notitia?

Tollen-

Tollendo igitur huic incommodo, elaboratis jam 44. Tabellis totidem combinatoria arte paravi, ex quibus ad transmissam sibi Elegiam responsum eruere amicus poterit, pari nitore, ac elegantia scriptum. Operandi modus diversus non est ab eo, quem observare debet, qui misit Epistolam, quemque Sectione 4. indicavi; id unum curare Operans debet, ut pro responso posteriores 44. Tabellas eligat, ex iisdemque vocabula illa excerpat, secreti sui litteris correspondentia. Deprehendes etiam si experimentum capere lubeat, responsum minime saltare extra oleam, sed eum proferre sensum, qui Elegiæ ab amico transmissæ quadret, & Artis Poëticæ regulas ad unguem exacti observet omnes.

Sectio VII.

Expediuntur quædam dubia.

Cum secretum Exempli supra Sect. 4. relati Latinis verbis conceptum sit, quæres forsan, semperne necessarium sit, rem, quam amico distanti denuntiare quis cupit, Latino Idiomate complecti? Respondeo

autem, id minime fieri debere ſecretum concipi poterit vel Gallicis, vel Italicis, Germanicis, vel Arabicis verbis. Atque hinc factum, ut omnes omnino litteræ in Tabellis Steganometrographicis comparerent, ne fors aliqua lingua ſecretum ſuum ſub carminis elegiaci velamine celare nequiret. Ex quo patet, hiſce Tabellis ex aſſe illud præſtari, quod ſyntagmatis hujus Titulus promittit. Quodſi autem litteram Pythagoricam, ſive ypſilon haud in hiſce Tabellis reperiri dicas, egò minime neceſſarium fuiſſe, ajo, eidem inter Alphabeta concedere locum, cum ejusdem vices absque ullo incommodo littera I ſubire poſſit.

Quæri 2. poſſet, an ita invariata ſemper eſſe debeat Tabellarum diſpoſitio, ut mutari haud queat ſine metri, aut carminis detrimento? ad hoc quæſitum repono tibi, Tabellarum ſitum nullo modo mutationi obnoxium eſſe. Potes nihilominus infinitis fere modis variari in quavis Tabella Hemimetrorum aut trimetrorum ordo, modo eundem ſemper ſitum retineant vocabula, ex quibus Alphabetum conficitur. Sic in exemplo, illud hemimetrum, quod litteræ A in I. Tabella correſpondet, poſtponi poterit litteræ B C D &c. & ſic viciſſim.

sim. Atque ex hoc patet, hoc artificium innumeris pene modis variari posse, servatis tamen semper regulis supra adductis.

Quæres denique ultimo: quomodo Tabellæ Steganometrographicæ conficiendæ sint, ut alius prodeat sensus? Optares enim omnis generis Tabellas, quarum quædam amici tui Natalibus applauderent, aliæ renovantem tempora Janum salutarent, aliæ aliud ad optantis arbitrium agerent. Huic autem quæstioni minime respondet Steganometrographia. Ad conficiendas Tabellas omnino opus tibi erit Arte Poëtica, hac sine nil profecturis Littera bobus aras. Præter Artem Poëticam necessaria tibi erit ars combinatoria, quæ teste P. Athanasio Kirchero: *Magnum in universa natura arcanum est, ad quod quicunque pertigerit, iis vere Angelicæ mentis particeps merito censeri debet.* Tenta, quid vires possint, & humeri valeant. Si res succedat, perge, si non? desiste, & hoc labore meo contentus vive.

Omnis generis Tabellas in nullo libro, in nulla reperies cistula, sed latent illæ adhuc in Poëtarum cerebro. Illorum proin coquinas accede, si Tabellæ meæ tibi non

ſatisfecerunt. Si mihi hac in parte ſuccenſeas, eodem ictu Trithemium, Kircherum, Schottum, aliosque feries, quibus ego tamen omnibus liberalior fui. Dices autem forſan, ſimilia etiam tibi potuiſſe incidere: gratulor ego fœcunditati ingenii tui, & aliud non repono, quam Ovum Columbi. Vale.

EPISTOLA I.

Tabella I.

A Ne mora te teneat,
B Ne cunctare precor,
C Diva Thalia jubet,
D Docta Thalia jubet,
E Eja agedum! lubeat,
F Quod peto, ſponte voles,
G Quod precor, ipſe voles,
H Ne dedigneris,
I Sit tibi chare placens,
K Non detrectabis,
L Promptus, Amice, velis,
M Te mora nulla liget,
N Haud erit ingratum,
O Ne grave ſit, quæſo,
P Dignare, obteſtor,
Q Haud, credo, renues,
R Non tibi diſpliceat,
S Ne tibi diſpliceat,
T Præſes Apollo jubet,
V Pieris alma jubet,
W Te mandat Phœbus,
X Sponte tua cupies,
Z Spero, non renues,

Tabella 2.

A chartæ perfringere gemmam,
B ſua vincula demere chartæ,
C tectis admittere chartam,
D præſentem evolvere chartam,
E peregrinam evolvere chartam,
F concedere lumina chartæ,
G percurrere lumine chartam,
H noſtram acceptare tabellam,
I chartæ perfringere ceram,
K chartam luſtrare legendo,
L luſtrare hanc lumine chartam,
M luſtrare legendo tabellam,
N ſua vincula tollere chartæ,
O vultum concedere chartæ,
P vultum indulgere tabellæ,
Q ſua vincula ſolvere chartæ,
R quam cernis volvere chartam,
S ſua vincula rumpere chartæ,
T peregrinam volvere chartam,
V noſtræ dare lumina chartæ,
W ſua tollere vincula tabellæ,
X concedere limina chartæ,
Z præſentem volvere chartam,

Tabella 3.

A	Non ex ignotis,
B	Non ex ingratis,
C	Non ex Odryſiis,
D	Non ex barbaricis,
E	Non ex Sarmaticis,
F	E tibi jucundis,
G	Ex tibi jucundis,
H	E tibi dilectis,
I	Ex tibi dilectis,
K	E tibi ter charis,
L	Ex tibi pergratis,
M	Ex tibi ſat notis,
N	Non ex infauſtis,
O	Non ex inviſis,
P	Non ex Iliacis,
Q	Non ex fædifragis,
R	à tibi dilectis,
S	à tibi pergratis,
T	à tibi ſat notis,
V	E fortunatis,
W	Neutiquam ab ignotis,
X	Ex non ignotis,
Z	Ex non ingratis,

Tabella 4.

A	ſcribitur illa plagis
B	mittitur illa plagis
C	advenit illa plagis
D	devenit illa plagis
E	prodiit illa plagis
F	hanc tibi mitto plagis
G	& ea miſſa plagis
H	& ea ſcripta plagis
I	crede, venire plagis
K	dat tibi penna plagis,
L	tractibus illa venit
M	partibus illa venit
N	ſedibus illa venit
O	finibus illa venit
P	ſcribitur illa locis
Q	mittitur illa locis
R	advenit illa locis
S	devenit illa locis
T	prodiit illa locis
V	hanc tibi mitto locis
W	eſt ea miſſa locis
X	eſt ea ſcripta locis
Z	hanc tibi ſcribo locis

Tabel-

Tabella 5.

A Non tibi fatales
B Non tibi funereos
C Non tibi bellicrepos
D Non infelices
E Non importunos
F Non conclamatos
G Non ærumnosos
H Non portentosos
I Non tibi terrificos
K Non tibi fatidicos
L Non injucundos
M Non tibi mortiferos
N Non tibi funestos
O Non tibi damniferos
P Non tibi damnosos
Q Non tibi ferales
R Non tibi præproperos
S Non tibi luctisonos
T Non tibi terribiles
V Non tibi secretos
W Non plorabundos
X Non infestivos
Z Non inpermissos

Tabella 8.

A	curat & illa	
B	ſervat & illa	
C	tollat ut illa	
D	non vetat illa	
E	ſolvat ut illa	
F	ſternat ut illa	
G	non necat illa	
H	diligit illa	
I	demat ut illa	
K	perdat ut illa	
L	non ego tollo	
M	non ego turbo	tuas.
N	non ego pello	
O	pellat ut illa	
P	non rapit illa	
Q	deperit ipſa	
R	nam fovet ipſa	
S	frangat ut illa	
T	rumpat ut illa	
V	pulſet ut illa	
W	dejiciendo	
X	non ego demo,	
Z	fors remorando	

Tabel-

Tabella 9.

A	Arx est nota tibi
B	grata tibi domus est,
C	sat tibi nota domus
D	est tibi nota domus
E	est tibi grata domus
F	est tibi chara domus
G	Nota tibi domus est
H	est bene nota domus
I	chara tibi domus est
K	nota est aula tibi
L	aula tibi nota est
M	ædes chara tibi est
N	ædes nota tibi est
O	cognita sat domus est
P	est mea nota domus
Q	est sat nota domus
R	Patria nota tibi est
S	Nota tibi patria est
T	Nostra domus nota est
V	Cognita nostra domus
W	est dilecta domus
X	est peramata domus
Z	Non domus exosa est

Tabella 12.

A	Deliciæque meæ.
B	Gloria quanta mihi!
C	Numinis ecce favor
D	Dux meus, alter ego
E	Theſeus, alter ego
F	Duxque, ſalusque meis
G	Duxque, ſalusque mihi
H	Spes mea, dulce decus
I	Lux mea, dulce decus
K	Lux mea, dextra mihi
L	gratia ſumma mihi
M	perge manere, precor
N	quod mihi nemo neget
O	quis neget iſta mihi?
P	magne repende Deus!
Q	quod benefacta notant
R	debeo cuncta tibi
S	quod mea Muſa canit
T	quod mea Muſa canet
V	tempus in omne mane
W	non ego dignus eram
X	talis & usque mane
Z	perge favere precor

Tabel-

Tabella 13.

A Justitiam sequeris
B Virtutem sequeris
C sectaris Themidem
D Tu recti custos
E Justitiam observas
F Tu candoris amans
G Justitiam servas
H Non nisi justa facis
I Cuique suum tribuis
K Jura tueris amans
L Grandia facta geris
M Consilio gravis es
N Majestate vales
O Consilio polles
P Polles consilio
Q Eloquio præstas
R Judicio polles
S Judicio præstas
T Polles ingenio
V Ingenio præstas
W Laudari refugis
X Non tibi laudis amor
Z laudari renuis.

Tabella 14.

A magna probitate coruſcas
B multa pietate coruſcas
C famæ mendacia rides
D legum nec amantior alter
E pietatis idoneus author
F nulli pietate ſecundus
G pietatem pectore ſpiras
H ſolidæ pietatis alumnus
I tibi Chriſti nomen amori
K pietas tibi plurima cordi
L pietas te laudibus ornat
M ſanctæ pietatis imago es
N probitatis laude coruſcas
O pietas te nutrit alumnum
P ſervas mandata Tonantis
Q totusque à Numine pendes
R tibi mens ſapit integra cœlum
S pietas tibi maxima rerum
T pietas tibi pectore fixa eſt
V vera pietate coruſcas
W concludis pectore cœlum
X probitas te gaudet alumno
Z pietas te gaudet Achate

Tabel-

Tabella 15.

A	Haud te noxa premit
B	Indolis es placidæ
C	Non vitiis traheris
D	Criminis innocuus
E	Numine digna ſapis
F	Exemplar morum es
G	Grande decus patriæ es
H	Integer es vitæ
I	Es purus ſceleris
K	Expers tu ſceleris
L	Cedro digna geris
M	Marmore digna geris
N	Cunctis diligeris
O	Te genus exornat
P	Diligeris cunctis
Q	Devincis cunctos
R	Magnus in adverſis
S	Caſtior Hippolito es
T	Quantum animo præſtas!
V	Fortior adverſis
W	Quis te digna canet?
X	Vis generoſa tibi
Z	Excellis cunctos

Tabella 16.

A	Spes tua ſola Deus
B	Candida corda geris
C	Lactea corda geris
D	Corda pudica geris
E	Cor patientis habes
F	Non tibi nota Venus
G	Quot tibi mentis opes!
H	pectore fucus abeſt
I	ſydera mente geris
K	ſors bona ſemper amet!
L	ſemper ad alta volas
M	celſius ire nequis
N	nomen ad aſtra vehis
O	mens tibi caſta placet
P	mens tibi pura placet
Q	fama perennis erit
R	non tibi parca manus
S	quam tibi larga manus!
T	non tibi faſtus ineſt
V	te Cytherea fugit
W	ſpes tua tota Deus
X	mens animoſa tibi
Z	Dona quot alma tibi!

Tabel-

Tabella 17.

A	Dona tot alma tibi
B	Tot tibi mentis opes
C	Tot tibi ſunt laudes
D	Tot laudes tibi ſunt
E	Laudes tot tibi ſunt
F	ſunt tibi tot laudes
G	Tot decora alma tibi
H	tot bona mentis habes
I	tot numeras dotes
K	tot dotes numeras
L	tot ſunt dona tibi
M	ſunt tot dona tibi
N	tot tibi virtutes
O	Tanta talenta tibi
P	Tot donis fulges
Q	Fulges tot donis
R	Tot dotes ornant
S	Ornant tot dotes
T	Tot dotes decorant
V	Dona tot exornant
W	In te tot dotes
X	Dona tot expoliunt
Z	Tot fulges donis

Tabella 18.

A quot fulgent ſydera cœlo
B numerat quot meſſis ariſtas
C natitant quot in æquore piſces
D numerat quot germina Majus
E numerant quot germina ſylvæ
F ſtellæ quot in æthere fulgent
G fulgent quot in æthere ſtellæ
H numerat quot littus arenas
I ſpargit quot lumina Phœbus
K volucres quot in aëre cernis
L radiis quot Phœbus abundat
M guttas quot continet imber
N quot fluctus æquora turbant
O quot piſcibus unda natatur
P quot turbant æquora fluctus
Q quot guttas continet imber
R quot flammas nutrit Apollo
S quot pocula Cyrrha miniſtrat
T quot ſtellæ in nocte niteſcunt
V vigilant quot in æthere ſtellæ
W vigilant quot ſydera cœlo
X quot Phœbus ſpicula mittit
Z quot Phœbus lumina ſpargit.

Tabella 19.

A Horti quot flores,
B quot ver delitias,
C poma quot autumnus,
D quot Crœſus nummos,
E quot Crœſus gazas,
F quot mundus partes,
G quot motus cœlum,
H Orbis quot partes,
I quot partes mundus,
K quot flores horti,
L quot Chloris flores,
M quot Mars tela vibrat,
N Mars quot tela vibrat,
O gaudia quot cœlum,
P æſtas quot ſpicas,
Q ſylvæ quot frondes,
R gramina quot campus,
S Pan quot nutrit oves,
T fert quot bruma nives,
V quot nemora alta feras,
W botros autumnus,
X flumina quot mundus,
Z quot Thetis alma rates,

Tabella 20.

A quotque Cilissa crocos,
B quotque minuta dies.
C quotque habet Ister aquas,
D quot vehit Ister aquas.
E quot subit aura vices.
F quotque habet aura vices.
G puncta quot orbis habet,
H fert quot Hymetus apes,
I fulmina quotque Jovi,
K quotque Diana feras.
L quot parit Hybla favos,
M quot coquit æthna focos,
N grana quot arva ferunt,
O semina prata ferunt.
P quotque momenta dies,
Q lumina quotque vices.
R quot nutrit aër aves,
S quotque habet Æthna focos,
T grana quot arva gerunt,
V quot capit aura sonos.
W quotque habet aër aves.
X quot capit æquor aquas,
Z Græcia quotque dolos,

Tabella 21.

A si valeas, lætor,
B lætor, si valeas,
C Gaudeo, si valeas,
D Gaudeo, quando vales,
E Vitane salva tibi?
F Prospera vita tibi?
G quæ sors te recreat?
H vita an salva tibi?
I Nil Medico debes?
K servet utrumque polus!
L quæ tua conditio?
M quæ te facta beant?
N quis te status habet?
O quam vitam vivis?
P edic, qui valeas?
Q sospite te lætor,
R quæ te fata premunt?
S servet te Numen!
T qui valeas, edic,
V te quis status habet?
W est tua sors mea sors,
X qualis vita tibi?
Z Te quæ fata premunt?

Tabella 22.

A mihi ſtat mea vita ſuperſtes,
B ſalvus vivo, atque beatus,
C ſanus dego, atque beatus,
D tua me fortuna beabit,
E me ſervant ſydera ſanum,
F ſervant me ſydera ſalvum,
G me proſpera fata gubernant,
H (ſuperis ſit gratia) vivo,
I valeo, quod debeo fatis,
K teſtor, me vivere ſanum,
L vitam traduco beatam,
M mea mens, corpusque beatur,
N ſuperi mea vota ſecundant,
O ſum mente, & corpore ſanus,
P felix mihi volvitur hora,
Q ſum mente, & corpore ſoſpes,
R me nulla moleſtia vexat,
S morborum neſcio vexas,
T mihi Parca hucusque pepercit,
V non læſo ego corpore vivo,
W mihi mens in corpore ſalva,
X ſi ſors tibi proſpera, vivo,
Z me ſors recreabit amici,

Tabella 23.

A	Dent ſuperi votis
B	Aſpirent votis
C	Det cœlum votis
D	Det Numen votis
E	Accedant meritis
F	Moribus accedant
G	Moribus aſpirent
H	ſe jungant votis
I	Votis det cœlum
K	Det Numen meritis
L	Votis det Numen
M	Votis aſpirent
N	Accedant votis
O	Dii meritis addant
P	addant Dii meritis
Q	Dent ſuperi meritis
R	Aſtra addant votis
S	Aſtra addant meritis
T	Dii meritis referant
V	Accreſcant meritis
W	Dii referant meritis
X	Votis ſe ſocient
Z	ſe ſocient votis.

Tabel-

Tabella 24.

A	Prospera fata	tuis.
B	Candida fata	
C	vela secunda	
D	prospera cuncta	
E	fata benigna	
F	prospera læta	
G	tempora læta	
H	candida vela	
I	jubila læta	
K	sæcula longa	
L	sæcula multa	
M	lustra beata	
N	sæcla beata	
O	plurima læta	
P	plurima lustra	
Q	gaudia longa	
R	plurima dona	
S	gaudia mille	
T	dona beata	
V	munera larga	
W	prospera dona	
X	quævis amica	
Z	quævis amœna	

Tabel-

Tabella 25.

A ſed quid deſes agis?
B ſed quis torpor habet?
C cur vero ſtertis?
D Deſidioſe tamen
E Aſt quis torpor habet?
F ſed quem te memorem?
G quid vero ſtertis?
H Cur vero dormis?
I ſed quæ cauſa ſubeſt?
K ſed quid, quæſo, ſiles?
L Edic, quæ cauſa eſt?
M quærere ſed liceat,
N at quæ cauſa latet?
O ſed mihi quid referes?
P quærere téne licet?
Q ſed mihi dic cauſam,
R quid vero credam,
S quid vero eſſe putem?
T cur autem ſtertis?
V aſt ego quid credam?
W quæ te vincla tenent?
X ſed quid ſtertis iners?
Z ſed quam ſtertis iners?

Tabella 26.

A	cur carmina ſcribere ceſſas?
B	tu faſtidire Thaliam?
C	tu faſtidire Novenas?
D	tu linquere Apollinis arces?
E	cur carmina fingere ceſſas?
F	quare das otia Muſis?
G	numeros quin mittis amanti?
H	cur deſes metra relinquis?
I	modulos cur optime ponis?
K	num tu deſiſtere cæptis?
L	cytharam cur optime ponis?
M	quid monte bivertice cedis?
N	tu docto abſcedere colle?
O	num tu dare terga Camænis?
P	Pindo tene eripis alto?
Q	facies divortia Muſis?
R	quid? túne repellere Muſas?
S	modulis tu abſiſtere cæptis?
T	num tu ſuſpendere plectrum?
V	capiti tu demere laurum?
W	tu linquere culmina Pindi?
X	tu cedere culmine Pindi?
Z	calamo quid inerte quieſcis?

Tabel-

Tabella 27.

A	Nafonis vincens
B	Virgilii vincens
C	Phœbeos vincens
D	vincens Aonios
E	vincens Pierios
F	Aonidum vincens
G	Pieridum vincens
H	Pegafidum vincens
I	Caftalios vincens
K	Threycios vincens
L	Caftalidum vincens
M	Mæonios vincens
N	Maronis vincens
O	Mæonidis vincens
P	Orphêos vincens
Q	Virgilii fuperans
R	Nafonis fuperans
S	Phœbeos fuperans
T	Aonios fuperans
V	Pierios fuperans
W	Pieridum fuperans
X	Caftalios fuperans
Z	Aonidum fuperans

Tabella 28.

A	Per tua metra	
B	per tua plectra	
C	pollicis arte	
D	ſi modulere,	
E	plectra canendo	
F	barbita tange,	
G	Archipoëta	
H	dulciter arte	
I	per metra docta	
K	tangito plectra,	
L	arte placente	
M	(ſic mihi Apollo)	ſonos.
N	clarus in arte	
O	doctus in arte	
P	arte, metrisque	
Q	orbe ſtupente	
R	nobilis arte	
S	arte favente	
T	arte, lyraque	
V	carmen arando	
W	gnarus in arte	
X	(teſtis Apollo)	
Z	Nonne Minerva?	

Tabella 29.

A	Excute torporem
B	non mora te teneat
C	heu! fuge desidiam
D	otia pelle, precor
E	En! labor invitat
F	Eja age, celsa vocant
G	Eja agedum, suda,
H	quid multis opus est?
I	da mihi quod cupio
K	si tibi sanctus amor
L	Adde tibi stimulos
M	celsos sume animos
N	si tibi charus ego
O	si quid vota valent
P	si me fidus amas
Q	jam mihi redde vices
R	si tibi dulcis honor
S	fac, te digna geras
T	si quid possit amans
V	somnum pelle, precor
W	quod decet, illud agas
X	da, quod poscit amans
Z	Altior assurgas

Tabella 30.

A	Cytharamque lyramque resume
B	numeris jam verba coërce
C	præstat jam ludere versu
D	plectrum cytharamque resume
E	doctos imitare Poëtas
F	velox in carmina surge
G	jucundis lude Camænis
H	tua constet epistola versu
I	jam chartam versibus imple
K	responsum versibus orna
L	resonent tua barbita cantu
M	metris tua littera constet
N	tua sint responsa Poëtæ
O	versu dignare sodalem
P	cantu solare Poëtam
Q	Phœbus tibi plectra ministrat
R	repleat tua pectora Phœbus
S	mecum jam Pallade certa
T	lubeat me vincere versu
V	resonet tua fistula cantu
W	resonantia barbita tange
X	da docto ex pollice carmen
Z	Pindi mihi pocula præbe

Tabella 31.

A Vati Castalides
B Castalides Vati
C Numina Parnassi
D Aonides Vati
E agmina Musarum
F & Musæ Vati
G & tibi Pierides
H Carminibus Musæ
I Musæ carminibus
K culmina Parnassi
L Castalii fontes
M Musarum genii
N Castaliæque Deæ
O & Nymphæ Aoniæ
P Nympharumque chorus
Q Aonidesque tibi
R Castalidesque tibi
S & tibi Castalides
T & tibi quot Musæ
V terra polusque tibi
W atque tibi Musæ
X Pieridumque chorus
Z Aonidesque Deæ

Tabella 32.

A Laurea secta ferent
B præmia digna ferent
C munera digna ferent
D splendida dona ferent
E jubila magna canent
F serta decora ferent
G laurea dona ferent
H docta trophæa ferent
I florida serta ferent
K non nisi magna ferent
L digna tributa dabunt
M munera clara dabunt
N laudis agalma struent
O præmia laude dabunt
P dona decora dabunt
Q munera mille dabunt
R dona sat ampla dabunt
S mille trophæa dabunt
T jubila mille canent
V laude tributa dabunt
W præmia magna ferent
X dona opulenta ferent
Z plurima dona ferent.

Tabella 33.

A	Nulla pericla time.
B	non eſt quod metuas
C	cunƈto parce metu
D	quod timeas procul eſt
E	omnem pelle metum
F	Pacis oliva viret
G	Pax recreat populos
H	Pax civem recreat
I	Pax optata viret
K	Pax patriam recreat
L	Tempora pacis eunt
M	Otia pacis eunt
N	Tempus adeſt pacis
O	Feſſos pax recreat
P	Orbem pax recreat
Q	Pacis dona virent
R	Copia pacis adeſt
S	ne metue inſidias
T	Pacis adeſt requies
V	Pax patriæ rediit
W	non eſt, quod timeas
X	Pax optata redit
Z	regnat pacis amor

Tabella 34.

A	Mars & Bellona quiescunt
B	Martis jam prælia cessant
C	cessarunt prælia Martis
D	cessarunt bella Gradivi
E	Martis furor exulat orbe
F	Bellonæ gaudia cessant
G	Martis certamina cessant
H	Mars sæva recondidit arma
I	positis Mars abstinet armis
K	jam pugnæ, jam arma quiescunt
L	campo Bellona recessit
M	spectarunt prælia finem
N	bellorum tædia cessant
O	clausit sua limina Janus
P	Janus sua limina clausit
Q	Martis deferbuit ira
R	posuit Bellona furorem
S	sævis Mars abstinet armis
T	posuit sæva arma Gradivus
V	tandem Mars continet arma
W	posuit Bellona flagellum
X	fessis Mars abstinet armis
Z	Mars fessa recondidit arma

Tabel-

Tabella 35.

A	ſecuram perget
B	ſecuramque teret
C	inveniet tutam
D	inveniet ſuetam
E	ſecuram incedet
F	ſecuram inveniet
G	inveniet ſolitam
H	inveniet vacuam
I	comperiet tutam
K	comperiet vacuam
L	ſecuramque premet
M	atque teret tutam
N	inveniet facilem
O	& facilem inveniet
P	intrabit tutam
Q	& tutam inveniet
R	& vacuam aſpiciet
S	& facilem incedet
T	nec teret infauſtam
V	nec teret infeſtam
W	ibit ſecuram
X	Tendet per tutam
Z	per ſolitam inveniet

Tabella 36.

A	Littera missa	viam
B	littera chara	
C	missa tabella	
D	cauta Camæna	
E	littera fida	
F	docta tabella	
G	nuncia charta	
H	cauta Thalia	
I	gnara Thalia	
K	littera crebra	
L	crebra tabella	
M	fida Camæna	
N	Musa pudica	
O	clausa tabella	
P	littera grata	
Q	grata Thalia	
R	charta modesta	
S	charta perita	
T	charta legenda	
V	charta remissa	
W	littera amata	
X	fida ministra	
Z	charta ministra	

Tabel-

Tabella 37.

A succedet nostris
B adveniet nostris
C hæc erit in nostris
D hæc aderit nostris
E crede, aderit nostris
F hæc veniet nostris
G illa aderit nostris
H illa erit in nostris
I ista erit in nostris
K ipsa aderit nostris
L succedetque meis
M advenietque meis
N venerit illa meis
O sistet se nostris
P & fiet nostris
Q mittetur nostris
R accidet in nostris
S accidet illa meis
T sistetur nostris
V culta erit in nostris
W accedet nostris
X accedetque meis
Z adsit præsto meis

Tabella 38.

A	Hoſpes gratiſſima tectis
B	hoſpes chariſſima tectis
C	ter grata Penatibus hoſpes
D	dilecta Penatibus hoſpes
E	optata Penatibus hoſpes
F	ter chara Penatibus hoſpes
G	hoſpes gratiſſima terris
H	hoſpes dulciſſima tectis
I	jucunda Penatibus hoſpes
K	gratiſſima ſedibus hoſpes
L	chariſſima ſedibus hoſpes
M	lætiſſima ſedibus hoſpes
N	digniſſima ſedibus hoſpes
O	dulcis penetralibus hoſpes
P	peramata Penatibus hoſpes
Q	felix penetralibus hoſpes
R	præſtans penetralibus hoſpes
S	peramica Penatibus hoſpes
T	ſpecioſa Penatibus hoſpes
V	benedicta Penatibus hoſpes
W	hoſpes lectiſſima tectis
X	lectiſſima ſedibus hoſpes
Z	dulciſſima ſedibus hoſpes

Tabel-

Tabella 39.

A	Litterulisque tuis
B	versiculisque tuis
C	carminibusque tuis
D	formosis manibus
E	Pulchelliæ dextræ
F	pulchellis manibus
G	Illiusque notis
H	Dulcisonisque metris
I	mellitisque metris
K	formosisque notis
L	cujus ego manibus
M	cujus ego dextræ
N	cujus ego formæ
O	formosæque Deæ
P	formosæque notis
Q	pulchellæque Deæ
R	pulchellæque notis
S	Hujus ego dextræ
T	hujus ego manibus
V	artifici dextræ
W	hujus ego labris
X	artificique Deæ
Z	formosisque labris

Tabel-

Tabella 40.

A	Baſia mille feram
B	ſuavia mille feram
C	baſia mille dabo
D	ſuavia mille dabo
E	ſuavia blanda dabo
F	baſia blanda dabo
G	ſuavia blanda feram
H	baſia blanda feram
I	baſia multa dabo
K	baſia multa dabo
L	baſia caſta dabo
M	baſia caſta feram
N	ſuavia caſta dabo
O	ſuavia caſta feram
P	baſia pulchra dabo
Q	baſia pulchra feram
R	ſuavia pulchra dabo
S	ſuavia pulchra feram
T	ſuavia plura feram
V	baſia ſumma dabo
W	baſia ſumma feram
X	ſuavia ſancta dabo
Z	ſuavia ſancta feram

Tabel-

Tabula 41.

A	ſed quo delabor?
B	quo feror imprudens?
C	non jam plura licent
D	non jam plura lubent
E	ſed ſatis eſt tandem
F	plura vetat tempus
G	Phœbus plura vetat
H	Plura vetat Phœbus
I	non jam plura decent
K	tandem verba premo
L	Hæc tibi ſufficient
M	hoc tibi ſufficiet
N	cantatum ſatis eſt
O	jam ſatis eſt, claudo,
P	Phœbus plura negat
Q	nec mihi plura licent
R	ſed quo Muſa rapis?
S	pluribus abſtineo
T	jam non plura canam
V	jam ſuſpendo lyram
W	plura negat Phœbus
X	claudere Phœbe jubes
Z	conticeo tandem.

Tabella 42.

A	Ne laſſem longior aures
B	ne te per plura fatigem
C	non laſſo fuſior aures
D	ne tundam fuſior aurem
E	jam longior eſſe nequibo,
F	ne creſcat epiſtola curſu
G	ſatis eſt, mea penna quieſce,
H	ne penna moleſta fatiget
I	Pindi jam deficit unda
K	non littera longa moleſtet
L	jam Pindus flumina clauſit
M	nunc urget epiſtola finem
N	ne ſit tibi penna moleſta
O	non ultra penna fatiget
P	ne tædia penna faceſſat
Q	ſcripſi, quæ ſcripta volebam
R	ne tundam garrulus aures
S	ne garrula penna fatiget
T	Muſæ ſat prata biberunt
V	fontes jam claudite Muſæ
W	jam clauſit flumina Pindus
X	jam Pindum claude Thalia
Z	jam fontes claude Thalia

Tabel-

Tabella 43.

A Dico consuetum
B dico tibi solitum
C restat, ut adscribam
D restat adhuc addam
E consuetum adscribo
F consuetum appono
G sit tibi cura mei
H accipe consuetum
I accino consuetum
K appono solitum
L adscribo solitum
M addo consuetum
N Hoc unum liceat
O Tu cape consuetum
P tu cape sis solitum
Q assuetum dico
R addo, quod usus habet
S ex animo dico
T audi consuetum
V Hoc solum dico
W affigo solitum
X consuetum affigo
Z percipe consuetum

Tabella 44.

A	Dulcis amice	vale!
B	ſuavis amice	
C	grandis amice	
D	magne Patrone	
E	vive, vireſce,	
F	chare Patrone	
G	ſpes mea tota	
H	ſemper & usque	
I	ſemper amice	
K	ſemper amate	
L	ſemper amande	
M	ſuavis ocelle	
N	ſumme Patrone	
O	ſanus amice	
P	vive Patrone	
Q	clare Poëta	
R	fautor amice	
S	magne Poëta	
T	docte Poëta	
V	noſtra corona	
W	fautor amate	
X	dulcis ocelle	
Z	lux mea, ſpesque	

EPI-

* * * * * * * * * * * * * * *

EPISTOLA II.
ſive Reſponſio.

Tabella I.

A	Non ego ſum Vates
B	Me non Pindus amat
C	Vates non ego ſum
D	non Vates ego ſum
E	Vates nullus ego
F	nullus ego Vates
G	non mihi Vatis honor
H	pernego me Vatem
I	non ſcio me Vatem
K	nil mihi Vatis ineſt
L	non ego Phæbe tuus
M	non ego pars Pindi
N	non ego pars Phæbi
O	Arte Poëta haud ſum
P	non ego pars Vatum
Q	non ſum, quem laudas,
R	non ſum, quem credis,
S	bardus ego Vates
T	quantus ego Vates!
V	Vatum nullus ego
W	mirus ego Vates
X	Vatem méne vocas?
Z	ſimne tibi Vates?

Tabella 2.

A	Laurus mihi nulla virefcit
B	non frontem laurus honeftat
C	non cingit tempora Daphne
D	non ornat tempora laurus
E	non laurea ferta coronant
F	non gefto vertice laurum
G	non dat mihi laurus honores
H	mihi non hos laurus honores
I	non geftant tempora laurum
K	non lauri frondibus ornor
L	non ornat tempora Daphne
M	non cinxit tempora laurus
N	non laurus fronte fuperbit
O	non floret vertice laurus
P	non funt mihi munera lauri
Q	non mordet tempora laurus
R	frontem non laurus opacat
S	non frontem laurus adornat
T	non publica ferta coronant
V	non laurus tempora mordet
W	mihi lauri nulla cupido
X	mihi laurus nulla virefcit
Z	me nunquam laurus amabit

Tabella 3.

A	gratia nulla metris
B	gratia rara metris
C	gratia parva metris
D	Ars mihi nulla metris
E	Ars prope nulla metris
F	non lepor in metris
G	metra lepore carent
H	plectra lepore carent
I	absque lepore melos
K	non lepor in verbis
L	non decor in metris
M	non lepor in dictis
N	non lepor in numeris.
O	forma deest metris
P	non ars in metris
Q	arte vacant versus
R	Ars est nulla metris
S	Ars quam parva metris
T	non lepor est metris
V	non dulcedo metris
W	metra calore carent
X	gloria parva metris
Z	gloria pauca metris

Tabella 4.

A	gratia nulla ſonis
B	gratia rara ſonis
C	gratia parva ſonis
D	ars mihi nulla ſonis
E	ars prope nulla ſonis
F	absque lepore ſoni
G	absque lepore ſonus
H	absque decore ſonus
